

(6) *El tio es mcs propinco*. Ut in l. 1. §. *proximus*, et §. *gradatim*, D. *unde cognat.* §. *si plures*, *Instit. de agnator. succession.*

(7) *Ningun pariente de los descendientes*. Ex hoc verò probatur, quòd in linea descendentium datur cuihbet ex descendentibus hoc privilegium representationis in successione ascendentium, neque gradus est limitatus, et idem videtur probari in authent. *de hæred. ab intest. venient.* cap. 1. et ita tenet Salic. in authent. *post fratres*, ad fin. C. *de legitim. hæred.* Angelustamen de Aret. in §. *cum filius*, *Instit. de hæred. quæ ab intest. deferunt*, vult, quòd ista representatio non transeat ultra pronepotem, per textum ibi, et allegat ita velle Bartolum in l. 1. §. *si quis*, D. *de suis*, et *legitim. hæred.* sed Bartolus non limitat, ut non transeat ultra pronepotem, sed vult pronepotem includi; si ergo agatur de hæreditate proavi, et sic nepos ex uno filio, et pronepos ex nepote ex alio filio, succedent pariter nepos, et pronepos, per textum hic, et textum expressum in dict. §. *cum filius*, quicquid dixerit hic Montalvus, et Joan. Fabr. in dict. §. *cum filius*. Si tamen ad hæreditatem proavi vellet concurrere pronepos cum filio sui proavi, an posset tali casu? Et videbatur, quòd non, quia esset dicere, quòd representaret personam sui avi, non sui patris, et leges dicunt personam patris representare: in contrarium videtur textatus in ista lege Partitarum, cum dicit, *ningun descendiente*, et sic vult, quòd quocumque gradu sit descendens ex filio præmortuo, concurrat cum alio filio defuncti; hoc etiam expressius probatur in dict. authent. et dict. 1. ibi cum dicit: «sic tamen, ut si quem horum descendentium filios relinquentem mori contingerit, illius filios, aut filias, aut alios descendentes in proprii parentis loco succedere, sive sub potestate defuncti, sive suæ potestatis inveniantur, tantam de hæreditate morientis accipientis partem, quantumque sint, quantam eorum parens, si viveret habuisse;» cum ergo dicit, *aut alios descendentes*, et cum dicit, *quantam eorum parens, etc.* et cum dicit, *in proprii parentis loco*, est textus expressus pro hoc; parentes enim dicuntur etiam usque ad tritavum, ut in l. *jurisconsultus*, §. *parentes*, D. *de gradib.* seu in infinitum, ut in l. *quique litigandi*, §. *parentes*, D. *in jus vocand.* Si enim ratio est hujus representationis, quia proximior gradus in ista linea descendentium respectu successione ascendentium, non consideratur, ista ratio ita limitat in pronepote concurrente cum filio, sicut et in nepote: bene etiam confert ad hoc lex Tauri quadragesima, cum disponit filium, seu nepotem, sed alium descendente ex filio primogenito, præferri in successione majoriæ filio secundo possessoris majoriæ; et sic pronepos, vel abnepos excludit à majoria patrum magnum, et si in majoria excludit, in successione hæreditatis ab intestato concurrerit, cum omnia hæc statuatur ex vi representationis. Quæ tu bene nota, quia Montalvus hic aliter decidit, dicens, quæstionem istam disputatam fuisse in Cancellaria, et conclusum fuisse per famosos Doctores, quòd si agatur de hæreditate proavi, tunc licet nepos representet personam patris quoad hæreditatem avi, non tamen quoad hæreditatem proavi, stante filio dicti proavi, ut tali casu non extendatur representatio ad pronepotes: tu verò tene firmiter contrarium per supradicta. Et in hanc sententiam, quam ego teneo, videtur inclinare Azon. in summa, in authent. *de hæredib. ab intestat. venient.* in princip. ubi ponit hæc verba: Adeò autem liberos vocat, ut si ex uno filio præmortuo sit nepos vel pronepos, una cum alio defuncti filio vocetur: et advertit, quòd ista representatio tunc habet locum, quando succeditur titulo hæreditario, et successione legali ab intestato, et secus esset si ageretur ex fideicommissio ex dispositione testatoris, nam tunc non esset locus huic representationi, ut tradit Bald. in l. *cum ita legatur*, §. *in fideicommissio*, D. *de legat.* 2. et plenè decius, quem vide consil. 1. num. 4. et 5. qui alios refert, et in consil. 412. quòd tu bene nota, quia Joan. de Imol. per Glossam ibi contrarium voluit, in dict. §. *in fideicommissio*: et procederet opinio Joan. de Imol. post Glossam, quando testator adæquasset successionem talis fideicommissii successionem ab intestato, prout tradit idem Decius consil. 79. col. 2. Procederet etiam dicta opinio Glossæ, et Joan. de Imol. quando ageretur de fideicommissio inter transversales; et secus esset, si ageretur inter descendentes respectu fideicommissi relicti ab aliquo ex ascendentibus, nam tunc idem esse in fideicommissio, quòd in hæreditate, ut tradit idem Decius consil. 217. incipit, *in casu proposito*, et sic erit extensio ad istam legem Partitarum, ut procedat etsi agatur de successione fideicommissi. Procederet etiam quando ageretur de successione patris; nam tunc etiam admitteretur representatio in filiis fratris, succedentibus cum patris in fideicommissio,

prout vult idem Decius dict. consil. 217. dicens, quòd id quòd consuluit consil. 1. fuit, cum ageretur de successione patris magno, ubi non datur ista representatio; et sic in effectu ista limitatio potius est extensio ad istam legem, ut scilicet ubicumque admittatur representatio, habeat locum, etiamsi succedatur ex fideicommissio; nam cum ita sit de jure, verba testatoris secundum dispositionem juris debent interpretari, secundum Bald. in l. *precibus*, C. *de impuber. et aliis subst.* et in l. 2. in fin. C. *de condition. insert.* l. *si duo*, et ibi Bald. D. *de acquir. hæredit.* Sed advertit, quòd cum succedatur ex fideicommissio, videtur succedi primo disponenti, ut l. *colueredis*, §. *cum filia*, D. *de vulg. et pupill.* unde si respectu illius de jure non procederet representatio, licet procederet respectu ultimi descendens, non procedet representatio, per adducta per Decium in dictis consil. Advertit etiam, quia in linea ascendentium, cum agitur de successione descendentium, non est locus tali representationi, cum natura repugnet, ut in dict. authent. *de hæredib. ab intest. venient.* cap. *si igitur*, collat. 9. et tradit Salicet. in authent. *defuncto*, C. *ad Tertul.* et in authent. *post fratres*, C. *de legitim. hæredib.* hæc etiam representatio in linea vel gradu collateralium, cum agitur de successione collateralis, datur solum filiis fratrum, et non ulteriori, ut in l. 5. infra eod. et in dict. authent. *de hæredib. ab intest. venient.* cap. *si igitur*, el 2. in vers. *hujusmodi.*

(8) *Aquella parte*. Succedunt enim in stirpes, non in capita, ut hic, et in dict. §. *cum filius*, *Instit. de hæreditatib. quæ ab intest. defer.* et in cap. 1. in authent. *de hæred. ab intest. venient.* collat. 8. de quibus iuribus sumpta est ista lex.

(9) *Como todos los otros*. Concordat cum l. 2. C. *de suis et legit. hæred.* sed an idem sit in pronepote diversorum nepotum, ut succedant proavo in stirpem et non in capita, sicut succedunt nepotes diversorum filiorum, Albericus disputat, in dict. 1. 2. et refert Alber. Papien. tenuisse, quòd pronepotes inter se succedant in capita, et illa l. 2. loquens de nepotibus non extendatur ad pronepotes: cum enim non succedant tunc cum proximioribus in gradu intrantes locum parentum, nihil mirum si tunc vocentur in capita, et non in stirpem, sicut esset quando concurrerent cum proximioribus; quia tunc licet faveatur in uno, gravantur in alio, ut scilicet successio sit in stirpem, et non in capita. quæ ratio cessat, quando solum succedunt inter se. Albericus tamen ibi dicit æquioris opinionem sibi videri, quòd etiam pronepotes succedant proavo in stirpes, sicut successissent patres eorum, in quorum locum succedunt. Quid autem si nepotes vel pronepotes vocarentur per aliquod fideicommissum, et sic ex dispositione testatoris, seu ex institutione, vel substitutione, an tunc succedant in stirpes, vel in capita? Vide per Decium consil. 412. viso elegantis consil. ubi concludit, quòd tunc vocentur in capita: vide ibi per eum.

LEY IV.—Como los padres, e los auuelos, pueden heredar los bienes de sus hijos, e de sus nietos, quando mueren sin testamento (a).

Segund el curso de natura, e la voluntad de los padres, deuen heredar los hijos los bienes dellos, dexandolos en su logar despues de su muerte; mas porque acaesce a las vegadas, que los hijos mueren ante que los padres, e los auuelos. E porende, pues que en la ley ante desta mostramos de la herencia que ganan los hijos, o los nietos, quando sus mayores mueren ante dellos, conuene que digamos, como deuen heredar los ascendientes a aquellos que descendieron dellos; e dezimos, que quando acaesciere que el hijo muera sin testamento, non dexando fijo, nin nieto que heredasse lo suyo, nin auiendo hermano, nin hermana (b); que estonce el padre, e la madre (1) deuen heredar igualmente (2) todos los bienes de su fijo. E si hermanos ouiesse, estonce deuen ellos (3) (c) con el padre e con la madre partirlo por cabeças. E maguer ouiesse auuelo, o auuela (4), non heredara ninguno dellos ninguna cosa en los bienes de tal defunto (d). Mas si aquel que muriesse sin testamento, non dexasse heredero ningu-

no que descendiesse del (5), nin ouiesse hermano (6), nin hermana (e), nin padre, nin madre; si ouiere auuelos, quier sean de parte de su padre, quier de parte de su madre, ellos heredaran igualmente (7) (f) todos los bienes de su nieto. E si por auentura, de parte de su padre, o de su madre ouiere vn auuelo solo, e de la otra dos, estonce, aquel solo (8) aura la meytad de todos los bienes, e los dos que fuessen de la otra parte, auran la otra meytad. E si acaesciere, que este que assi fino auia auuelos, e hermanos, quel pertenezcan de padre, e de madre (9), estonce heredaran todos los bienes que fincaron del, partiendolos entre si por cabeças igualmente. E esso mismo seria, si el finado dexasse fijos de tales hermanos (10) (g).

(a) L. 6 y 19, tit. 2, y L. 1, tit. 5, lib. 4 del F. J.—L. 10, tit. 6, lib. 3, del F. R.—L. 241 del Estiulo.—L. 6 de Toro.—L. 1, tit. 20, lib. 10 de la N. R.

(b) Hoy heredan los padres, aunque el difunto tenga hermanos, con preferencia á estos, los cuales no pueden concurrir á heredar con los ascendientes, conforme á la L. 7 de Toro, que es la L. 2, tit. 20, lib. 10 de la N. R. que dice: «El hermano, para heredar ab intestato á su hermano, no pueda concurrir con los padres ó ascendientes del difunto.»

(c) Véase la glosa de Gregorio Lopez que dice estar corregida esta disposicion por la L. 7 de Toro, que hemos citado en la nota precedente.

(d) Porque en la sucesion de los ascendientes el mas próximo excluye siempre al mas remoto.

(e) Véase nuestra nota 2.ª á esta misma ley, y la glosa 6.ª de Gregorio Lopez.

(f) Es decir, si concurren ascendientes de las dos líneas en un mismo grado, irá la mitad de la herencia á la línea paterna y la otra mitad á la materna, sin distincion de bienes paternos y maternos, á excepcion de los pueblos en que hubiere la costumbre ó fuero de que los bienes vuelvan al tronco. L. 21, tit. 3, lib. 4 del F. J.; L. 1, tit. 6, lib. 3 del F. R., y LL. 6 y 7 de Toro ó LL. 1 y 2, tit. 20, lib. 10 de la N. R. De esta excepcion habla tambien Gregorio Lopez en la glosa 2.ª, que deberá verse.

(g) Repetimos la nota 2.ª á esta misma ley; y por lo que allí dijimos, la L. 7 de Toro corrige á esta de Partida, no permitiendo la concurrencia para heredar de los hermanos del difunto con los ascendientes del mismo, quedando por tanto excluidos tambien de la indicada concurrencia los hijos de los hermanos.

LEX IV.—Mortuo descendente sine liberis, succedunt ei pater et mater una cum fratribus defuncti per capita; et si fratres non habet, succedunt parentes; his deficientibus, admittuntur avi ex utroque parente, et tantum habet unus avus, si est solus ex una parte, quantum duo ex alia: et ascendentes cum fratribus succedunt per capita; et idem de filiis fratrum. Hoc dicit.

(1) *El padre, e la madre*. Concordat cum authent. *defuncto*, C. *ad Tertul.* et cum authent. *de hæredib. ab intest. venient.* cap. *si igitur*, el 1. collat. 9. Nota tamen, quòd in majoria filii non succedunt pater, quia majoria rescipit lineam descendente, sicut et feudum, vel emphyteusis ecclesiastica, Bald. in authent. *defuncto*, C. *ad Tertul.* qui licet loquitur in feudo, eadem ratio est in majoria.

(2) *Igualmente*. Non ergo fiet distincio bonorum, ut acquisita à patre vel patris causa patri deferantur, matri verò acquisita ex parte matris vel ejus causa, prout distinguit Bart. in authent. *itaque*, C. *communis*, de *succession.* per textum quem dicit singularem in l. *quod scitis*, C. *de bonis quæ liber.* cui sententiæ quamplures Doctores adhererunt, ita ut communior opinio videatur, ut tradit And. Tiraquellus de *retractu legali*, §. 14. num. 12. dicens hanc opinionem receptam esse apud Gallos: et probatur hæc opinio l. 10. tit. 6. lib. 5. *For. II.* contra dictum Bartoli tamen tenet Baldus in dict. authent.

*defuncto*, ubi etiam Salicet. Petrus, et Cynus in dict. authent. *itaque*, et Corneus in dict. authent. *defuncto*, et plerique alii etiam relati à Tiraquello, ubi supra: et hanc dicit esse communem opinionem Baldus consil. 51. volum. 2. et istam opinionem approbat lex ista Partitarum, cum dicit, *igualmente todos los bienes de su fijo*, et etiam l. 6. in *Ordin. Tauri*; unde lex Fori non procederet, nisi in his locis, ubi fuerit usu recepta, prout dicit dicta l. 6. neque hoc limitarem in lucris nuptialibus, juxta dispositionem l. 2. C. *de bonis quæ liber.* prout et Baldus limitabat in dict. l. *quod scitis*, cum ex dispositione hujus legis et dictæ l. 6. nulla sit fienda distincio, etiam cujuscumque qualitatibus sint bona, et procedat istarum legum dispositio.

(3) *Deuen ellos*. Hoc hodie corrigitur in regno per l. 7. in *Ordinam. Tauri*, qua cavetur, quòd fratres defuncti non concurrant cum patribus, vel aliis ascendentibus defuncti.

(4) *O auuela*. Habes hic, quòd etiamsi pater sit constitutus sub avi potestate (a), succedit filio ab intestato, excluso avo paterno. Adde l. *quod scitis*, C. *de bon. quæ liber.* et textum in authent. *defuncto*, C. *ad Tertul.* et in corpore unde sumitur: collige etiam, quòd mater excludet avum etiam paternum, et sic correctæ est dispositio l. *æquissimum*, §. fin. D. *ad Tertul.* cum neque pater præferatur matri in successione filii intestati, ut hic, et in dict. cap. *si igitur*, et authent. *defuncto*, per quas correctæ fuit l. 2. §. *objicitur*, D. *ad Tertul.* et l. 2. C. *ad Tertul.* et §. *preferuntur*, *Instit. de senatusconsulto Tertul.* Collige etiam hic, quòd si defuncto filio supersit mater, vel pater, et etiam avus, quòd excluditur avus, etiamsi filius talis avi, pater, vel mater defuncti prædeceserit vivo avo; non enim avus ingreditur locum filii, ut dixi supra eod. l. 5. et notat Gloss. in dict. authent. *defuncto*.

(5) *Descendiesse del*. Descendentes enim excluderent ascendentes, ut hic, et in authent. *in successionem*, C. *de suis et legitim. hæred.* l. 6. in *Ordinam. Tauri*.

(6) *Hermano*. Vult, quòd si haberet fratrem, vel sororem utrinque conjunctos, quòd excluderent tales fratres avum vel aviam; cujus contrarium tenent Glos. Bart. et alii Doctor. communiter in dict. authent. *defuncto*, et contraria opinio, quæ ibi recitatur in glos. super verbo *proximis*, videtur approbari hic: quam etiam tenebat Jacob. de Bellovis. in authent. *de hæredib. ab intestat. venient.* §. *si verò*. Hodie tamen non repellent, imò nec concurrerent cum avo vel avia, ut in dict. l. 7. in *Ordinam. Tauri*, vide, quæ dico infra eod. in glos. penult.

(7) *Igualmente*. Medietatem habebunt avus et avia paterni, et etiam medietatem avus et avia materni, non distincto utrum bona pervenerint ex linea paterna, vel materna, ut dixi supra in gloss. 2. in ista l. et tradit Salicet. in authent. *itaque*, C. *communis*, de *succession.* si verò tantum supersint avus et avia paterni, vel materni, dividunt etiam æqualiter, ut hic, et in dict. cap. *si igitur*, et authent. *defuncto*.

(8) *Aquel solo*. Et sic in isto casu fit distributio in stirpem, et non in capita. Idem habetur in dict. authent. ubi Gloss. et communiter Doctor.

(9) *De madre*. Concordat hæc lex cum opinione Glossæ et Doctor. in dict. authent. *defuncto*, ut etiam fratres utrinque conjuncti non excludant avum, vel aviam, sed concurrant: hodie verò neque concurrent, ut in dict. l. 7. in *Ordinam. Tauri*, et in l. 1. tit. 6. lib. 3. *For. II.*

(10) *Hermanos*. Concordat cum authent. *ut fratrum filii*, §. fin. collat. 8. Hodie serva quòd habetur in dict. l. 7. in *Ordinam. Tauri*.

LEY V.—Como los hermanos, e los otros parientes de la liña de trauiesso, se pueden heredar los vnos a los otros, quando mueren sin testamento (a).

Fasta aqui mostramos en que manera los ascendientes, e los descendientes, deuen heredar entre si, quando alguno dellos muriere sin testamento. E agora queremos dezir, como pueden heredar entre si, los que son de la liña dieha, de trauiesso; assi como los hermanos, e los tios, a los otros parientes que son en aque-

(a) Lo cual rara vez puede verse hoy, porque en virtud de la L. 47 de Toro, que es la L. 5, tit. 5, lib. 10 de la N. R., los hijos salen de la patria potestad casándose y velándose.



lla mesma liña, muriendo alguno dellos sin testamento. E dezimos, que si alguno que assi muriese sin testamento, non ouiesse de los parientes que suben, o descien den por la liña derecha, e ouiesse hermano, o herma na (1) de padre, o de madre, o sobrino hijo de tal hermano, o de tal hermana que fuesse ya muerta; que el hermano, e el sobrino heredan los bienes de tal defunto igualmente: e maguer sean los sobrinos dos, o mas, nascidos de vn hermano, o de hermana, non au ran mas de la meytad (2) de la heredad (b), e partirla han ellos entre si por cabeças igualmente. Mas si este que muriese sin testamento non auiedo ascendientes, nin descendientes, ouiesse sobrinos de dos hermanos de parte de su padre, o de su madre, e fuessen los hermanos an os muertos, heredaran los sobrinos los bienes de su tio, e partirlas an entre si por cabeças (3) igualmente (c). E sobre todo dezimos, que si este que assi muriese, ouiesse otros hermanos, que non le pertenesciessen si non de parte de su madre, o de su pa dre, que estos, nin los hijos dellos, non deuen auer herencia del finado (4) con los hermanos que le pertenes cen de parte de padre e madre, nin con los hijos dellos, si los padres fuessen muertos.

(a) L. 8, tit. 2, y L. 4, tit. 5, lib. 4 del F. J.—LL. 42 y 43, tit. 6, lib. 3 del F. R.—LL. 7 y 8 de Toro.—L. 2, tit. 20, lib. 40 de la N. R.

(b) Porque los sobrinos, concurriendo con su tio, heredan en representacion de su padre. L. 8 de Toro, citada por Gregorio Lopez en la glosa, y corresponde á la L. 2, tit. 20, lib. 40 de la N. R.

(c) No hay derecho de representacion cuando los sobrinos que deben heredar están solos, sin concurrencia de ningun tio, y por tanto en ese caso heredan todos por cabeças, es decir, por partes iguales.

LEX V.—Ad successionem fratris vocantur fratres una cum filiis fratrum præmortuorum in stirpem; sed si nemo fratrum vivit, succedunt fratrum filii per capita; sed tam fratribus, quam filiis fratrum præferuntur fratres ex utroque parente, conjuncti defuncto, aut eorum filii. Hoc dicit.

(1) *O hermana.* Fratres utrinque conjuncti sunt, qui in successione ab intestato vocantur ad successionem fratris primo loco, ut hic et in authentic. *cessante*, C. de legitim. *hæred.* in patris tamen succedentibus nepoti, seu sobrino suo, non consideratur ista duplex conjunctio, sed admittuntur pariter, sive fuerint conjuncti patri nepotis eorum fratre ex utroque latere, sive ex uno tantum, ut tradit Bartol. in l. *post consanguineos*, §. *legitima*, D. de suis, et legitim. *hæred.* hæc namque conjunctio consideratur tantum, cum agitur de successione fratris, vel patris, ut in authentic. *de consanguin. et uterin. fratrib.* ad fin. collat. 7.

(2) *De la meytad.* Concordat cum dict. authentic. *cessante*, et cum l. 8. in *Ordin. Tauri*; sed quid si frater utrinque conjunctus repudiet hæreditatem, qui tamen habet filium vel filios, an pars repudiata accrescet nepotibus, seu filiis sui fratris aduentibus, vel an filii repudiantis aliquid habeant? Vide per Salicet. in authentic. *post fratres*, l. 4. C. de legitim. *hæred.* ubi tenet, quod non accrescat, sed etiam filii repudiantis cum illis succedant, cujus contrarium tenuit ibi Corneus, vide ibi per eos: et opinio Saliceti videtur æquior et probabilior.

(3) *Por cabeças.* Approbat opinionem Azon. C. de legitim. *hæred.* in summa, quam etiam tenuit Gloss. in §. *hoc etiam*, *Instit. de legit. agnat. succession.* Glossa tamen in dict. authent. *cessante*, tenuit contrariam opinionem, imò quod admitterentur in stirpes, et in l. *lege duodecim tabularum*, C. de suis, et legitim. *hæred.* Bart. in l. *post consanguineos*, §. *hæc hæreditas*, D. de suis et legitim. *hæred.* et com-

munitur Doctores in dict. authentic. *cessante*, et hanc dicit communem esse opinionem Nicol. de Ubaldis, in tractat. *de succes. ab intest.* 3. part. col. 1. opinionem tamen Azon. tenet Baldus, et Salicet. in dict. authentic. *cessante*. Tu tene menti istam legem Partitarum hoc decidentem, et opinionem Azonis approbantem, ut quando filii fratrum solùm inter se succedunt, et non cum patruo, divisio fiat in capita, et non in stirpes. Quid autem si agatur de successione feudi? Vide per Bald. in cap. 1. §. *item quia*, de his, qui feud. dar. possunt, et in cap. 1. in princ. *de succession. feud.* et in vers. *his verò*, de *succession. fratrum*, et in cap. unic. *de natur. succession. feud.* et per Alex. cons. 33. colum. 8. et 9. vol. 4.

(4) *Del finado.* Concordat cum dict. authentic. *cessante*, C. de legitim. *hæredib.* et authentic. *itaque*, C. *communis, de succession.* Quid autem si non ageretur de hæreditate fratris, sed de substitutione fideicommissaria, in qua testator vocabat filios suos, qui erant ex diversis matrimoniis; an præferantur utrinque conjuncti conjunctis ex uno latere tantum? Et dicendum est, quod non, cum ex tali substitutione fideicommissaria non succedatur fratri, sed testatori, l. *cohæredis*, §. *cum filia*, D. de vulg. et pupil. et quantum ad ipsum testatorem omnes filii sunt æquales, licet procreati ex diversis nuptiis, et sic omnes æqualiter admittuntur, ut decidit Bart. et l. *Lucius*, colum. fin. penult. quæst. D. de vulg. et pupil. vers. *quæro, quidam habens duos filios*, et probatur in l. final. D. ad Trebell. et tradit Decius consil. 504. incipit, in *casu proposito*, et adde Bald. in l. *in testamento*, colum. 4. vers. 3. *quæritur*, C. de *testam. milit.* et Alexand. consil. 50. 2. volum. incipit, *viso testamento*. Item in baronia, vel feudo non consideratur an aliquis frater sit utrinque conjunctus, sed an sit conjunctus ex illa parte, ex qua feudum defertur: vide per Bald. in l. 1. C. de suis et legitim. *hæred.* Et idem videtur dicendum in majoria; ex quo inferes ad quæstionem, quod si mulier, quæ habebat majoriam, habuit filium ex primo viro, cum quo matrimonium contraxit, si forte postea iste vir ivit in bellum, et fuit orta fama, quod ibi mortuus fuerit, si forte mulier contraxerit cum secundo viro, ex quo habuit filium, et demum reverso primo, fuit restituta primo viro, ex quo habuit tertium filium, quod si mortua ista muliere successit filius ejus major, qui postea decessit sine liberis; quod majoria debetur filio secundo, licet non sit frater utrinque conjunctus filii majoris de cedentis, et non tertio filio, licet fuerit fratri utrinque conjunctus.

LEY VI.—Como se pueden heredar los hermanos, que non son de padre, e de madre: e otrosi, quien puede heredar a aquel que muere sin testamento (a).

Hermanos de padre tan solamente, e otro de madre, auiedo aquel que muriese sin testamento, si non dexasse otro pariente ninguno, que heredasse lo suyo, de los que descien den, o suben por la liña derecha; estonce dezimos, que en tal caso como este, el hermano que le pertenesciesse a este atal de padre tan solamente, esse heredara todos los bienes del defunto, que le vinieren de parte de su padre (1); e el hermano que le pertenesciesse de parte de la madre, esse heredara otrosi todos los bienes que le vinieren de parte de su madre: e los bienes que atal defunto como este ouiesse ganado (2) por otra manera qualquier, amos los hermanos sobredichos los partiran igualmente. E sobre todo esto dezimos, que si alguno muriese sin testamento, que non ouiesse parientes de los que suben, o descien den por la liña derecha, nin ouiesse hermano, nin sobrino (3) hijo de su hermano; que destos adelante (4), el pariente que fuere fallado que es mas cercano (5) del defunto fasta en el dezeno grado (6) (b), esse heredara todos sus bienes. E si tal pariente non fuesse fallado, e el muerto auia muger legitima (7) quando fino, heredara ella todos los bienes de su marido (8): esso mismo dezimos del marido, que heredara los bienes de su muger en tal caso como este (c). E si por

auentura, el que assi muriese sin parientes non fuesse casado, estonce heredara todos sus bienes la Camara del Rey (9) (d).

(a) L. 7, tit. 2, y L. 4, tit. 5, lib. 4 del F. J.—LL. 42 y 43, tit. 6, lib. 3 del F. R.

(b) Esta disposicion se hallaba derogada en virtud de la L. 6, tit. 22, lib. 40 de la N. R., que solo permitia la sucesion *ab intestato* á los parientes dentro del cuarto grado. Mas hoy se halla establecida, porque segun la ley de 16 de mayo de 1835 sobre adquisiciones á nombre del Estado, art. 3.º, heredan los parientes colaterales á hasta el décimo grado inclusive, computados civilmente al tiempo de abrirse la sucesion.»

(c) La ley de 1835, citada en la nota precedente, dispone en su art. 2.º que herede «el cónyuge no separado por demanda de divorcio contestada al tiempo del fallecimiento, entendiéndose que á su muerte deberán volver los bienes raices de abolengo á los colaterales.»

(d) La Hacienda nacional.

LEX VI.—Si defunctus habet fratrem ex parte patris, et alium ex parte matris, quilibet eorum succedit in bonis, quæ ex linea sua pro venerunt defuncto; in aliunde tamen quæsitis succedunt æqualiter: fratre verò non existente, succedit propinquior consanguineus usque ad decimum gradum, quibus non existentibus, succedit conjux: et si non sit conjux, succedit fiscus. Hoc dicit.

(1) *De parte de su padre.* Sequitur dictum Glossæ in dict. authentic. *post fratres*, l. 1. C. de legitim. *hæredib.* per l. *de emancipatis*, C. eod. et dictum Azon. C. eod. in summa, et Gloss. in authentic. *itaque*, C. *communis, de succes.* et idem quod hic disponitur in fratribus, erit in filiis fratrum, secundum Mathes. in tractat. *de succession. ab intest.* in vers. 5. *articulus principalis*, per textum in authentic. *de hæredib. ab intest.* cap. 2. vers. *reliquum*, et tenet etiam Angel. Aretin. in §. *si plures*, ad fin. *Instit. de legitim. agnat. succes.* Sed quid si concurrant avunculus ex parte matris, et patruus ex parte patris, non extantibus fratribus, neque filiis fratrum, an fiat ista distinctio bonorum in successione inter eos? Non memini vidisse tactum, et videtur, quod sic, ex identitate rationis et ex æquitate. Cogita tamen, quia in contrarium facit, quod lex inter istos non considerat, nisi propinquitatem gradus, ut in simili quæstione dicit Paulus de Cast. in authentic. *post fratres*, la 2. C. de legitim. *hæred.* et quia cum sint bona commixta, non debet fieri distinctio bonorum extra casum in jure expressum. Item quia respectu istorum jam bona ista non dicuntur paterna, vel materna, prout diceretur inter fratres vel filios fratrum, qui sunt in linea descendenti à patre, vel à matre, et sic non habebit locum §. *exceptis*, l. *de emancipatis*, C. de legitim. *hæred.* et pro hoc induco, quod dicit Andr. de Isern. in cap. *si quis miles*, in versic. *et filius fratris*, *Imperator Lotharius Eugenio Papæ*, colum. 2. in quæstione illa, an patruus succedat nepoti ex fratre in feudo; dicit inter alia hæc verba: *Constitutio etiam dilucidans successiones non debet intelligi in non enumeratis, quamvis intelligerentur aliàs propter similitudinem, vel eandem rationem; et ponendo de nepote, dicta constitutio debuit patruum exprimere, si fuisset intentionis suæ, quod patruus succederet sicut nepos, quoniam appellatione nepotis non continetur patruus, quia sunt in distanti gradu, et sicut in nomine discrepant, sic in effectu, C. de feriis, l. à nullo, l. si idem, C. de codicillis.* Et post hæc scripta reperi Ludovicum Bolognin. in *addit. ad Mathesilanum*, in tractat. *de succes. ab intest.* charta 9. col. 1. versic. *non sunt multi dies*, dicentem, quod pro ista parte sic consuluit; vide ibi per eum, qui in specie tractat quæstionem istam, et concludit, quod non fiat in matertera et patruo ista distinctio bonorum.

(2) *Ouiesse ganado.* Adde dict. authentic. *post fratres*, et ibi gloss. 4. C. de legit. *hæred.* Sed qualiter isti solvent debita defuncti, dic, quod debita contracta pro bonis maternis solvent succedentes in maternis, contracta pro paternis succedentes in paternis, argumento l. *si certarum*, §. 1. D. de *testam. milit.* quod si non appareat pro quibus bonis fuerunt contracta, pro rata sustinebunt, secundum Alber. in authentic. *itaque*, colum. 5. C. *communis de succession.*

(3) *Nin sobrino.* Iste enim excludit patruum, etiamsi sint in pari

gradu, et hic, ut in authentic. *post fratres*, la 1. C. de legitim. *hæredib.* et in authentic. *de hæredib. ab intest. venient.* cap. 3. vers. *si autem*, collat. 9. et tenet Joan. Faber. in §. fin. colum. 1. *Instit. de servil. cognat.* et Salicet. in authentic. *post fratres*, la 1. in princip. sumans illum textum, et textum ad hoc expressus est ibi. Quid autem erit in feudo, si concurrunt patruus et filius fratris mortui? Vide per Bald. in cap. 1. *Imperator. Lothar. Eugenio Papæ*, in fin. ubi dicit, idem esse in feudo, quod in allodiis, et à fortiori ratione, quia fore contra naturam feudi est, quod respiciat ascendentes; filius ergo fratris succedet in cellula fratris, sed patruus non habet aliam cellulam, nisi seipsum; et ideo filius fratris intelligitur esse proximior per fictionem quoad gradum, et per veritatem quoad effectum.

(4) *Adelante.* Non ergo habuit locum representatio in successione collateralium ultra filios fratris, ut hic, et in authentic. *post fratres*, la 2. C. de legitim. *hæred.* et dixi suprâ in l. 3.

(5) *Mas cercano.* Concordat cum dict. authentic. *post fratres*, la 2. (6) *Dezeno grado.* Approbat opinionem Azon. C. de legitim. *hæred.* in summa col. fin. reprobat opinionem Placent. qui dicebat omnes agnatos et cognatos in infinitum debere succedere, et opinionem Azonis tenet etiam Gloss. in authentic. *de hæred. ab intestat. venient.* §. *si vero neque fratres*, et in authentic. *in successione*, C. de suis, et legit. *hæred.* ubi etiam Bart. et Doctores: et Jas. in l. fin. col. 2. C. *unde legitim.* In feudorum tamen successione prorrigitur successio usque ad septimum gradum tantum, et non alterius, cap. 1. §. *hoc autem sciendum, de his, qui feud. dar. poss.* nisi feudum sit constitutum nomine et titulo regni, ducatus, marchionatus, et comitatus, nam tunc etiam ultra centesimum gradum successio prorrigitur, Bald. in cap. 1. *de feud. Marchiæ*, in §. *capitanei*, Jason. post alios in dict. l. fin. col. 2. Decius consil. 85. Tu in feudorum successione vide l. 6. tit. 26. *Partit. 4.* et quæ ibi dixi, et l. 7. ejusd. tit. et ea, quæ etiam ibi dixi: et qualiter computentur isti gradus, vide in l. 3. tit. 6. *Partit. 4.* et adde Decium consil. 334.

(7) *Muger legitima.* Concordat cum l. 1. D. *unde vir et uxor*, et l. 1. C. eod.

(8) *Marido.* Ut habetur similiter in dictis legibus.

(9) *Del Rey.* Concordat cum l. 1. et l. 4. C. de bonis vacant. lib. 40. et l. 1. §. *Divus*, D. de jur. *fisci*, et in authentic. *de hæred. et falcid.* cap. 1. §. *si vero institutio*, et in tit. *quæ sint regaliz*, in parte *bona vacantia, in usibus feudorum*, et nota, quod si clericus non habet consanguineos, neque beneficium ecclesiasticum, et decessit ab intestato, bona talis clerici non veniunt applicanda fisco Papæ, sed potius debent applicari Episcopo loci, ut ipse diligenter ea distribuatur in sum ecclesiæ universalis, non verò, ut sibi appropriet, ut dotat Abb. in cap. 2. ultim. notab. et in cap. 1. ad fin. *de succession. ab intest.*

LEY VII.—En quanta parte de los bienes del marido rico puede heredar la muger pobre, si casase sin dote, e non ha de que beuir (a).

Paganse (1) los omes a las vegadas de algunas mugeres, de manera que casan con ellas (2) sin dote (3), maguer sean pobres porende, guisada cosa, e derecha es, pues que las aman, e las honrran en su vida, que non finquen desamparadas (4) a su muerte. E por esta razon tuuieron por bien los Sabios antiguos, que si el marido non dexasse (5) a tal muger, en que pudiesse bien e honestamente beuir, nin ella lo ouiesse de lo suyo (6), que pueda heredar (7) fasta la quarta parte (8) (b) de los bienes del, maguer aya hijos (c) (9): pero esta quarta parte non deve montar mas de cient libras de oro (10), quanto quier que sea grande la herencia del finado. Mas si tal muger como esta ouiesse de lo suyo con que pudiesse beuir honestamente, non ha demanda ninguna en los bienes del finado, en razon desta quarta parte.

(a) L. 9, tit. 6, lib. 3 del F. R.—L. 23, tit. 11, P. 4.

(b) Esta parte suele conocerse con el nombre de *cuarta marital*.

(c) Téngase presente la circunstancia de que la mujer en este caso concurre con los hijos; y véase la glosa.